

# **Index Operarvm, In Academia Christian-Albertina, Proximo Semestri Spatio Absolvitarvm Et Hoc Hiemali Tempore Vsqve Ad Festvm Diem Paschatos MDCCCLXVI. Impendendarvm.**

---

## **Terms and Conditions / Publikationserlaubnis**

Die Erlaubnis zur Einsicht in die handschriftlichen Materialien schließt nicht die Erlaubnis zu deren Veröffentlichung ein. Diese bedarf der Zustimmung der Bibliothek. Bei jeder beabsichtigten Veröffentlichung oder bildliche Wiedergabe in gedruckten wie auch elektronischen Medien wird der Benutzer nachdrücklich gebeten, das Vorhaben jeweils vorher schriftlich mitzuteilen. Dies gilt auch für jede kommerzielle Verwendung. Für die Wahrung aller an einzelnen Objekten etwa bestehenden Urheber- und Persönlichkeitsrechte trägt der Benutzer selbst die Verantwortung. Die Handschriften, Autographen und Nachlässe sind mit ihren vollständigen Signaturen und der Besitzangabe „Universitätsbibliothek Kiel“ zu zitieren.

Bei Nutzung unserer alten Drucke für eine gedruckte oder elektronische Publikation ist die „Universitätsbibliothek Kiel“ als Besitzerin der im Internet abgebildeten Objekte zu benennen.

Wir bitten Sie, bei Nutzung unserer digitalisierten Bestände für Publikationszwecke ein Exemplar der Veröffentlichung als Beleg an die Bibliothek abzugeben.

## **Terms of use for the Digital Collections**

Kiel University Library offers its Digital Collections free of charge for non-commercial research and teaching purposes.

### **Publication regulations**

Please note that the permission to consult materials of our manuscript collection does not include the permission to publish them. Any publication requires Kiel University Library's consent. In case you would like to publish any of our materials we strongly ask you to notify us in advance (written form required). This holds true for both textual and visual reproductions in printed as well as electronic documents. The policy applies to all kinds of purposes, especially any commercial purposes you might pursue. It is the recipient's obligation to maintain any copyrights and personal rights that might exist. All reproductions of our manuscripts, autographs and literary estates have to be cited with their entire call number and the credit line "Kiel University Library".

When using parts of our digitized old and rare books for a publication (whether in printed or electronic form) it is compulsory that „Kiel University Library“ is cited as the copyright holder of the objects displayed on our website. In this case we kindly ask you to submit us a voucher copy of your publication.


### **Contact:**

Universitätsbibliothek Kiel

Leibnizstr. 9

24118 Kiel  
Germany  
Email: auskunft@ub.uni-kiel.de

---



**Archiv**


**IV 272-3**

Fich 591-3  
AFich 591-3

Indices lectionum  
Kilonensis

1750/51 - 76

3d III



31

INDEX  
OPERARVM,  
IN ACADEMIA  
CHRISTIAN-ALBERTINA,  
PROXIMO SEMESTRI SPATIO

ABSOLVTARVM

ET

HOC HIEMALI TEMPORE VSQVE  
AD FESTVM DIEM PASCHATOS  
MDCCXLVI.

IMPENDNDARVM

---

KILONII,

TYPIS GOTFR. BARTSCHII,  
ACAD. TYPOGR.

ХИДИ  
ОПЕРЫ  
И АСАДИ  
CHRISTIAN ALBERT  
ПРОХОДАНИЕ

БАГДАДСКАЯ

Т

МОДИНАМІ ТЕМПОРЕ УЗДЕ  
ВА ТУСТАМ ДІЛН ПАСКАЛОЗ  
МДСІХАТ

БАГДАДСКАЯ

ХИДИ

ХІДИ БАГДАДСКАЯ

ХІДИ БАГДАДСКАЯ

M65

## EX ORDINE THEOLOGICO.

**D.** GVSTAVVS CHRISTOPHORVS HOSMANN,  
SS. Theol. Prof. prim. morbi, quo diu multumque conficta-  
tus est, laxari paullatim sentit violentiam: commodam ve-  
ro valetudinem nondum recuperavit, viriumque graui ad-  
huc detinetur languore, eaque imbecillitate, quae conti-  
nenti studiorum labori non est ferendo. Quod si benigna  
Dei voluntas spei adspirabit, quam concepit fouetque, fore  
vt alacritatem vigoremque recipiat, operam suam indu-  
striamque libentissime, pro eo ac par est, redintegrabit,  
vt nobilissimorum sanctae Theologiae cultorum desideriis  
satis quod sit faciat: quantum negotiorumquidem varietas  
permittet, ex munera quod gerit ecclesiastici rationibus  
obeundorum; quid vero molitus sit ex valuis indicabit.

**D. PHILIPPUS FRIDERICUS HANE, SS.**  
Theolog. & Historiar. P.P.O. Ordinis Theol. h.a. Decanus,  
**PRO-RECTORIS** munus, præter ordinem ad se dela-  
tum, die V. hujus mensis ingressus est, cœpitque simul alte-  
rum, post conditam & ante hos centum annos hoc ipso die  
sollemniori ritu inauguratam hanc Academiam, seculum; ut  
adeo primus sit, qui in hac nova rerum nostrarum periodo  
magistratus hujusce Academicci paribus fungatur. In ipso  
eriam hoc semestri quod emensi sumus intervallo, Pro-  
Cancellarii vices, post mortem Illust. & Magnifici  
Dornii, quæ nobis improvisis contigit, jam bis supremo  
jussu subire debuit. In hac autem sic tribus vicibus pro ro-  
stris Academicis publice dicendi copia, eademque subinde  
præter ordinem sibi facta, argumentum unicum de insigni  
rerum humanarum vicisitudine & inverso circa easdem fa-  
torum ordine ita pertractavit, ut eventus maximos æque  
& minimos, qui undique obtigerunt, considerationi suæ  
tum historicæ tum theologicæ subjecerit, adeoque istos a  
se publice pronunciatos sermones de tempore cum aliis ju-  
re dicere possit. In hujusce generis autem laboribus insi-  
litis

litis & extraordinariis, iisque Superiorum jussu sibi impo-  
sitis & pro viribus sibi datis summa fide exantlatis, ut gra-  
tiam eorundem summam & intuitu sui prorsus singularem  
devota gratissimaque mente simul agnoscat haut prætermit-  
tit; providæ namque eorundem curæ id cum maxime se  
debere intelligit, ut in proiectiori hac ætate sua Virum  
juniorum in optimo ætatis flore constitutum, egregiæque  
eruditioñis laude, quam in editis publicis speciminiibus satis  
probata dedit, inclytum & per celebrem, in munera sui  
historici partibus clementissime sibi adjungere voluerint.  
A quo quidem, post iter litterarium in Belgium, Britaniam  
& Galliam susceptum, in quo adhucdum Lutetiae Parisio-  
rum haeret, proximo vere ad nos accedente ita sublevatum  
se iri confidit, ut durante adhucdum malo suo asthmatico  
& prostratis inde nonnunquam corporis animique viribus,  
pensum illud, quod dudum animo suo volvit, & Lipsien-  
sium typis elegantioribus ut exscribatur commisit, inter  
mortales agens adhuc absolvere possit.

IVSTVS FRIDERICVS ZACHARIAE S. S.  
Theol. & Lingv. Orient. P. P. Ebraeae linguae fundamen-  
ta concinne absque vberioribus criticae ambagibus tradet,  
Danzium maxime Ducem sequuturus. Quas Grammaticae  
regulas illustrandis oraculis diuinis, & exponendo potissi-  
mum libro Iosuae amplius applicabit. Publice has præ-  
lectiones proponet hora X. Si quid praeterea desiderauer-  
int auditores, nunquam desiderio illorum & industriae  
adiuuandæ deerit, ipse ex profectibus discentium, quod  
facere solet, dulcissimam voluptatem capturus.

GEO. IOACH. MARK. Doctrinam, quam profi-  
retur, Ecclesiae nostræ puram ex ipsius libris publicis præ-  
terlapsò tempore aestiuo iterum auspicatus, totam partem  
*Catecheticam acroamatice explicauit, & in Symbolorum antiquiorum*  
*explanatione vberiore quum restent pauca, mox quoque Augustanam Confessionem* sibi sumet pertractandam, hora  
II--III. Systematicus etiam cursus vniuersus ut per biennium

M 65

nium more Academico absolui queat, introductionem  
completam in *Theologiam fundamentalem Theticam* confecit,  
iam in *Polemicanam* subministrabit, hora X-XI. Iisdemque  
laboribus nunc iunget tum *Dogmaticos Articulos praecipuos*  
*Soterologiam* constituentes, accurate exponendos, tum *Ju-  
risprudentiae sacrae partem generalem*; quam enodare incipiet  
hac ipsa septimana publice. Confueuit autem docere pu-  
blice hora XI--XII.

## EX ORDINE JURIDICO.

JO. GVILIELM. GADENDAM, D. Ord. Jurid.  
h. t. Decanus, publice in explicandis digestis continuabit,  
eam operam hoc semestri absoluturus. Præter ea, ad  
finem deducta propediem *Jurisprudentia criminali*, præle-  
ctiones priuatas, de quibus cum commilitonibus jam con-  
uenit, ordietur.

CAROLVS FRIDERICVS WINKLER, D.  
inauguralibus dissertationibus duabus, quarum altera, *col-  
lationem iuris provincialis Hadolensis cum iure ciuili circa mate-  
riam successionis*, altera *theses controuersias ex vario iure* fistit,  
praefidium suum præstítit. Finitis lectiōnibus, quibus de  
studio iuris sapienter tractando p̄aecepta traduntur, publice  
singulis Mercurii & Saturni diebus hora X. ad HOMMELII  
*Literaturam iuris* commentabitur. Priuatim hora VIIH. *In-  
stitutiones Imperiales* interpretari non solum perget, sed eas-  
dem lectiōnes etiam hora X. denuo instruet. Hora XI.  
*Historiam Imperii* p̄aecente SCHMAVSSIO illustrabit, &  
duce eodem hora II. *Ius publicum* I.R.G. explicabit. Deni-  
que hora III. *iuris naturalis prudentiam*, ea qua hactenus con-  
fueuit methodo exponet, & cum applicationem naturalium  
præceptorum ad contouersias illustres ostenderet, tum fines  
naturalis & ciuilis iuris regere monstrabit.

EX

## EX ORDINE MEDICO.

GOTTL. HENRIC. KANNEGIESSER, D. ordinis sui p. t. Decanus & primus Professor, nec non Academiæ imperialis Leopold. Joseph. Nat. Curios. Collega, semestri elapsø pathologiae partem specialiorem est emensus. Per brumale hocce temporis stadium, deperditæ sanitati congruis adminiculis succurrendi docebit methodum.

D. FRIDERICVS CHRISTIANVS STRUVE prælectionibus in *Pathologiam specialiem* vacavit, easque ad finem perduxit. Progressus deinde est ad illustrandam *Therapiam generalem*, quæ regulas exhibit in morborum curatione apprime necessarias: quo in opere assidua diligentia instanti semestri perseverabit, omneque studium eo diriget, ut, quam orsus est telam, statis temporibus strenue pertexat.

IO. FRID. ACKERMANN, Philos. et Med. D. huiusque et Physices theor. et exp. Prof. P. O. *Physicam experimentalē* Holmanniano, vel alio usursum compendio priuatim docebit. *Publicē Medicinam forensem* secundum institutiones Cll. LUDWIGII, Lipsiæ hoc ipso anno editas, tradet. De horis coram convenire satius erit.

## EX ORDINE PHILOSOPHICO.

WILHELMUS ERNESTUS CHRISTIANI, Phil. D. Jur. Nat. & Polit. P. P. O. Acad. Bibliothecarius, & facultatis philosophicæ h. t. DECANUS magistratum academicum, quem præterito semestri gessit, nuper depositus, habita oratione, qua fata, quæ academiæ, se Pro-Rector, contigerunt strictim recensuit. Publicē docuit *Logicam*. Privatim trādidit *mathesin puram*, quam praxi etiam geodætica illustravit: *præcepta stili teutonici cultioris*, quæ & elaborationibus auditorum in usus convertere studuit, & *Jurisprudentiæ naturalis* maximam partem. Singulis veneris diebus *exercitia*

M. 65

*exercitia æsthetica* instituit; Mercurii autem & Saturni Bibliothecam publicam pandit. Præterea orationem habuit, patro sermone, in honorem Augustissimæ Ruthenorum Imperatricis, eo, qui natalis Ejusdem celebrationi destinatus erat, die: de philosophiæ ad rempublicam habitu, typis postea expressam. Duplex Programma publicavit; alterum festo Pentecostes, quo disquiritur: an viri boni divinitus fiant? alterum festo die Michaelis, de variis veterum circa medias inter Deum & hominem naturas opinionibus. Die demum 2do Octobr. orationem habuit in diem natalem Cæsareæ suæ Celsitudinis, Augusti nostri Principis: de præstantia philosophiæ practicæ veterum Russiæ incolarum. Nunc, simulac redux erit ex itinere Hamburgum suscipiendo, publice docebit *Historiam philosophicam*, hora auditoribus commodâ. *Privatum Logicam*, præeunte Dariesio, in via ad veritatem; hora X-XI. Lunæ Martis Jovis & Veneris diebus. *Juris Naturæ & Gentium* continuabit explicationem, hora qua hactenus usus est VIII-IX, atque si qui sint Ornatissimorum Commilitonum, qui id desiderant, denuo exordietur, Dariesium sequens. *Mathesin puram* hora XI-XII, Wolfio viam monstrante, tradet, & *Collegium stili tam latini quam germanici* instituet, elaborationibus præcipue destinatum, hora quamcunque velint auditores. *Æsthetica* etiam, quæ hactenus instituit, *exercitia* continuabit singulis Veneris diebus, & privatissimos quosdam labores. *Bibliothecam publicam* pander singulis Mercurii & Saturni diebus, hora post meridiem III-IV. Quacunque denique ratione poterit, studia ornatissimorum Commilitonum juvabit.

FRIDERICVS KOSIVS Mathem. Prof. Ordin. exegit, quæ proxime cœperat, elementa Musicae, in iis vero tradendis leges hujus artis, quæ plerisque sensu tantum et usu cognitæ sunt, confirmavit ratione, atque ex Arithmeticæ, seu fonte genuino, derivavit. Quinetiam perrexit in mechanica, quam antea jam versarat, et nuper in motu corporum elasticorum concurrentium substitit. Tum porro Arithmeticam Universalem exorsus ab integro, calculi,


calculi, qui huic peculiari est, præcepta primum exposuit,  
et deinde usum in Geometria imprimis demonstravit. Pro-  
gredietur hinc ad Analysin numerorum universalium, quæ-  
que huic subjiciuntur protinus expediet; nec interim pro  
officii ratione illis decrit, qui operam suam requisiverunt  
aut deinceps requirent.


JOH. HENR. TOENNIES P. D. L. M. P. si, qua  
opera litterarum cultoribus & quam plurimis maxime possit  
prodesse, satis intellexerit; non quemvis modo laborem  
fuscipt impigre, sed & ingressum semel tramitem, quan-  
tum libi datum fuerit, sedulo persequetur: quippe cum in  
officio sentiat multipliciter esse, ut recte, quantum ab ipso  
pendeat, ac non utiliter tantum, sed & in maxime proficia  
omni tempore collocet, si quid virium, intelligentiæ, do-  
ctrinæve deprehendatur in se positum; quod, quam uti-  
que sit exiguum, satis intelligit. Quantum vero cunque  
demum sit, continuo sane hoc agerque studio, ut omnem  
animi vim intendat in ea per vestiganda exequendaque,  
quibus a se litterarum studia, hocce potissimum tempore,  
ornari possint & locupletari.

HERMANNVS ROSSAL, gallicæ linguae P. E.  
per hocce semestre publice, hora decima Mercurii & Sa-  
turni diebus, explanationem satirarum Celeberrimi Boileau,  
Commilitonibus offert: initium facit d. 23 Oct.

JOANNES NICOLAUS MILOW Philos.  
Doct. & Profess. Publ. Extraordinar. PVBLICIS horis Cora-  
num interpretari perget, initium facturus a Capire tertio,  
ubi nuper substitit. PRIVATIM proxima ante meridiem hora  
in Genesin, post meridiem vero h. 4 -- 5. in Matthæum com-  
mentabitur.







BB 1086

25. Juli 1960


4. APR. 1962

11. JULI 1962

1-5. NOV. 1962

22. FEB. 1962

9. APR 1962



Universitätsbibliothek Kiel  
8\$0 00 242 590 4



18.10.201

25. JULI 1960

4. APR. 1962

11. JULI 1962


1-5. NOV. 1962

22. FEB. 1963

17. APR. 1963



JOANNES DIL  
lis publicis iura nobiliti  
bit; in privatis vero iu  
CHOVIANI tradet, &  
Imperii Romano-Germ  
Göttingensis principia  
blici ac privati comme  
gulares praelectiones  
quae insignem iuris Ho



0.75  
S MELLmann D. in scho  
nicae praesertim auitae illustra  
um privatum ductu libelli SEL  
ICti compendium iuris Publici  
que in Illustris BOEHMERI Icti  
ici seu potius Ecclesiastici pu  
neque iis deerit, qui forsan fin  
ecensia & Saxonica, quippe  
n constituant, cupiant.

## MEDICO.

D. GOTTL. H.  
Senior, Ordinis sui Pro  
prialis N. C. Adjunctu  
hominis vivi & sani, ne  
& caussis doctrinam ex

FRIDERICVS C  
nis medici hucusque d  
humana adhuc occupati  
finem perducta, ad rem  
amplissimum materia, sic  
officinis pharmaceuticis  
paratorum & compositori  
tationibus suis illuminat  
mandatae sibi provinciaz  
rimam Floræ nostræ sege  
ram exhibebit, theoriam  
rum, non neglecto oeconomi  
si, etiam fuerint, qui Botan  
botanif) imbui aueant, ii

IO. FRID. ACKE  
Fac. Med. h. t. Decanus, pu

INE GIESSER, Academiae  
rius, nec non Academiae im  
stre aestivum, oeconomiam  
orbis, horumque differentiis  
ocet ab hora matut. VII.

NVS STRVVE D. ordi  
n tradenda Oeconomia animali  
illustratione propediem ad  
strinam se conuertet, in qua  
thesaurum, omnemque in  
tam simplicium, quam præ  
nimum farraginem cominen  
botanicas etiam scholas, de  
revertetur, in iisque uberi  
tissimis Commilitonibus co  
tiaz ad ductum thesium sua  
rum usu, explanans. Quod  
saltuarium applicata (Forst  
one sua non deerit.

D. Med. & Phys. P. P. O.  
a diaetetica, de tuenda vale  
tudine,